



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis qui ad feriendum hominem surrexerint, volentes eum occidere, sed  
non potuerunt. cxx.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

misiit, quanto tempore hospitibus humanitatem denegauerat, & mandata euangelica iuxta possibilitatem suam non adimpleuerat, nec pedes lauabat, nec eleemosynam fecerat, tanto tempore pleniter in pane & aqua, si non cemendet, pœnititeat.

*Vt clericis superflua pauperibus erogent.*

*Caput CXVI.*

**C**Lericus habens superflua, donet ea pauperibus. Sin *Ex codic.*  
autem, post pœnitieat tempore quo viuat, in contritione, in pœnitentia remotus viuat.

*De illo qui alicui fratri suum imputat peccatum, nisi prius seorsum eum arguerit. Cap. CXVII.*

**Q**VI peccatum imputando fratri imponit, prius quam seorsum arguat eum, satisfaciens ei, tres dies pœnitieat.

*De illis qui diu reticent peccata sua. Cap. CXVIII.*

**S**CIENDUM VERÒ EST, quanto quis tempore moratur in peccatis, tanto ei augenda est pœnitentia.

*De illis qui aliquem in ira percusserint.*

*Caput CXIX.*

**S**I quis alium per iram percusserit, & sanguinem effuderit: si laicus est, XX. dies pœnitieat: clericus, XXX. Illi *Rotoma.* autem qui gradum habent, amplius pelli debent. Diaconus *cap. 9.* sex menses. Presbyter unum annum. Episcopus duos annos & sex menses.

*De illis qui ad feriendum hominem surrexerint, volentes eum occidere, sed non potuerunt.*

*Caput CXX.*

**Q**VI ad feriendum hominem surrexerit, volens eum *Ex pœnitentia i* occidere tres hebdomadas pœnitieat. Si clericus fuit, sex menses: quod etsi vulnerauerit, XL. dies. Si clericus *Romano.* clericum, annum totum, sed & pecuniam pro modo vulneris cui inflxit, tribuat.

*De illis qui reticuerint peccatum fratris quod est ad mortem. Cap. CXXI.*

**Q**VI reticuerit delictum fratris quod est usq; ad mortem, neq; eū corripuerit, iuxta regulā euangelicā, primitali modo inter se, & ipsum solū, deinde inter alios, de *Theodo.*

PP. iiiii